



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Secunda pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

Quarto dicere possumus q̄ omnis vltio diuina venit sup eos: quia occidentes christum omniū commiserunt culpā nequitiā. cū in ipso contineat generalis iusticia omniū sanctorū prece- dentium et sequentium. Dicit em̄ in canonica Jacobi. Qui of- fendit in vno factus est omniū reus. Dum ergo christum qui ē caput ecclesie crucifixerunt omniū electōz sanguinem extra se prouocauerunt. a sanguine abel iusti vsq̄ ad sanguinem vlti- mi electi ꝛc.

Secunda pars

L

Secundo cū dicit: Hierusalem hierusalem: tangit ob- stinate mentis aduersitas et duricia. obstinati em̄ in dei occiderunt nuncios christi. et noluerunt aggre- gari sub alis eius. Et ideo duo tangunt. Primum est ex- probratio neus sanctorū. vnde dicit: Hierusalem hierusalem: ista reueratio vt dicit crisosto. est miserentis ꝛ valde diligentis aut forte dolentis est. aut comminantis. non aut dominus lo- quit ad saxa. sed ad homines habitatores hierusalem: que oc- cidit prophetas dolendo exprimit dominus prophetaz necem. dolet de morte amitorū. ꝛ de culpa occidentium: et lapidas eos qui ad te missi sunt: Crisosto. dicit. Misit ad te isaiam et secasti eum. Hieremiam lapidasti. Ezechielem tractum ꝛ lapides ex- probasti. quomodo ergo saluaberis que nullum ad te medicūz venire permittis. Nota q̄ ista exprobratio domini intelligi po- test de morte glorioſi martiris stephani. quem ad se missum la- pidauerunt iudei. ipse em̄ missus fuit ad eos ducendos. qua- tenus sibi conueniat illud quod dictum est Ezechie. ꝛ. Fili homi- nis mitto ego te ad filios israhel. ad gentes apostatras que re- tesserunt a me. Et respondet beatus stephanus illud Isai. 6. Ecce ego. mitte me. sed lapidauerunt hunc celestem nunciū dei. vt mortis penam ei infligerent. sepius em̄ voluerunt chris- tum perimere. In isto aut̄ martire iniquum compleuerunt su- um desiderium. quo sepe voluerant lapidare christum. ¶ Secundo ponit rebellio iudeoz. quia non obstantibz occasioni- bus sanctorū voluit christus ad se aggregare et noluerunt. vnde dicit: quoties volui: quia nō semel aut bis: aggregare filios tu- os: in congregatione fidelium: quemadmodum gallina agre- gat pullos suos sub alas suas. Nota quia assimilat se christus galline aggreganti pullos suos sub alas. Deutro. vero. 33. assi- milat aquile que expandit alas suas ꝛ assumpsit populum in- deoz. et hoc rationabiliter. aquila em̄ obtinet principatum in volatilibz. et q̄ tunc temporis deus assumpsit populū iudeoz

vt eos induceret in terram fluentem lac et mel. et vt principatum gentium possiderent. ideo p̄tunc assimilatur aquile. nunc vero volens populum iudeorum congregare humane infirmitatis naturam assumpsit galline se comparat. vt ostendat sui amoris magnitudinem. nam gallina filiorum amoris infirmat et languet. et christus amoris iudeorum infirmitatis naturam assumpsit vnde psal. Infirmata est in humilitate virtus mea. et cant. 2. Infultate me floribus. stipa me malis quia amore languet. Nota etiam quia gallina congregat pullos sub alas. vt eos foueat. p̄tegat. et vt matrem cognoscant sic christus voluit sub duplici ala diuinitatis scilicet et humanitatis congregare iudeos. vel sub duplici ala vtriusque testamenti. et vt hec fierent laborauit clamans rauca facte sunt fauces eius. quatenus iudeos foueret et protegeret. et vt ipsum cognoscerent. et hoc sepe voluit facere. p̄ prophetas eos vocans. et tandem p̄ seipsum venit clamans verbis signis et miraculis. Deinde ponitur iudeorum rebellio: et noluisse: quia noluerunt congregari spiritualiter. ideo etiam localiter in omnes mundi regiones dispersi sunt. Nota quod cum pulli istius galline nollent congregari sub ala eius. audierunt clamantem. alie mi pulli. scilicet gentiles. sunt congregati sub alis suis. quod figuratum est in Ruth moabithide. de qua dicit Ruth. 2. capitulo Plenam mercedem recipies a domino deo israel. ad quem venisti. et sub cuius fugisti alas etc.

Tercia pars.

N

Etiam ponitur subsequens pene aduersitas et miseria et est. quoniam deus gentem iudaicam ex toto deseruit. quod vsque ad tempora illa non fuerat factum. et duo ponunt. Primo templi ruina: ecce: quasi in proximo relinquet vobis domus vestra: id est templum. de quo dicitur. 12. Domus mea domus orationis vocabitur: deserta: a deo et presidio angelorum. vnde vt dicit iosephus. In templo audita est vox commotionis angelorum dicentium. Transeamus ab his sedibus.

Nota quod istius templi desolationem semper timuerunt iudei. vnde vt occiderent christum dicebant. Si dimittimus eum sic. omnes credent in eum. et venient romani. et tollent nostrum locum et gentem. sed iusto dei iudicio timor quem timebant euenit eis. et quod verebantur accidit. Nam post christi ascensionem quem admodum predictum erat. desolatum est templum. et translati sunt iudei in terram alienam. et ista desolatio est vsque ad finem seculi. vt dicitur Daniel. 11. Nota quod hoc quod dicitur: Ecce relinquet vobis etc. aliter potest intelligi. vt nomine domus ecclesia